



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tribunal Conscientiæ Per Varias
Examini Industrias seipsam dijudicantis, Tendentibus ad perfectionem,
præsertim Religiosis accommodatum

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066413

4. Ex parte Examini ipsius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45441

bentis. Vel è contra, præpropera anticipatio, festina expeditio, inordinata ex metu non suffecturi temporis, præmaturaque transactio, cum neglectu solitarum observationum. 19. Amari- tudines animi ex apprehensionibus, recoctionibus malorum, injuriarum, impedimentorum, molestiarum, præsentium, vel præteritarum, ex præfagationibus futurarum. Unde melancholia, proposita vindictæ, dialogismi interni, vel etiam cum certis consciiis, æquè amarulentis, resolutiones conditionatæ, parum sanæ. Hinc proposita, & designationes in futurum, prævisæ excusationes, replicæ, rationes, imaginarii eventus rerum, ex quibus tristitiæ, dejectiones mentis, &c.

3. Ex Parte aliorum.

1. Rationes humanæ timentes, sperantes, differentes, dissimulantes, pudorem incutientes. 2. Servitium alieno gustui, amori, timori, spei, commodo, (non propter Deum) impensum, tam commissivè, quàm omissivè. 3. Blanda tractatio alieni delicti, dissimulatio, defensio. 4. Fuisse occasionem ut quis in spem amicitiaæ mea peccaverit, peccet, sperans à me præsidium, non timens reprehensionem, aut pœnam.

4. Ex Parte hujusmet Examinis.

1. An supra scripta vitaverim, & cur non? 2. An super ea Examen statis temporibus fecerim? 3. Quibus mediis præstare poteram, nec præstiti? 4. Quibus in posterum præstare poterò, & præstabo? 5. Designabo ordinem, tempora, vices, occasiones præstandi, & modos. 6. Dolebo de negligentia præterita, eamque puniam.

niam.
dation
tiofiff

Ratio
sua

P
P

I
propt
ratio
obliq
ritual
reput

quasi
unicu
omni

procu
Dei su
præfer
empti
Deo s
que D
Deo s
in age

reflex

Dei, d
specta

quens

terque

& adh
ta, pur

tiamq

niam. 7. Emendationem proponam. Emendationis gratiam à Deo, per merita Chriſti, preſtiſſimæque Parentis, Sanctorum, petam.

Ratio Examiniſ ſuper ea, quæ homo ſpiritualis, in ſua ordinaria vita proſequi, & facere debet.

PUNCTUM I. & II. Conſueto more.

PUNCTUM III. Habebit Capita ſequentia.

I. *Ex Parte Dei.*

1. Fidelitas & ſinceritas agendi cum DEO, propter Deum, Divina, divinè, ſimulque aſſecuratio Dei quòd in nullo proſus, etiam occultâ, obliquâ, palliatâ commodi mei quæſitione, ſpiritualis, aut ſenſualis, independentiæ, libertatis, reputationis, delineationis, me quæſiverim, vel quæſiturus unquam ſim. 2. An captivato apud unicum Deum corde meo, cordisque affectibus, omnium creaturarum naſeam, & ſtadium procuraverim? 3. An agnoverim dominium Dei ſuper me, naturale, ſupernaturale, ordinis præſentis, obedientiale, meum ſpontaneum, emptitium, beneficiarium, eminentiale, atque Deo ſuper me, ex dignitate ejus debitum, ex eaque Domini cognitioni, me humillimè totaliter Deo ſubjecerim ſemper? 4. Reverentiam DEI in agendo cum ipſo, & coram ipſo, profundè reflexam, an tenuerim jugiter? & an devotè, res Dei, & cultum, & obſequium, voluntatemque ſpectantes, tractaverim? 5. An, & quàm frequens mea fuerit ad Deum, inter res agendas interque converſandum cum proximis converſio, & adhæſio, nec non ad Dei voluntatem reſignata, pura, reflexa, in omnem ſpeciem, circumſtantiamque parata intentio? 6. Quæ mea in peculiaribus